Circa primam rationem sit hec prima conclusio. Si aliquid erit omnis homo in a. instanti: illud erit i. a. instanti omnis homo: et est ista pars: quia quocumque dato exponetes vniuersales erunt exponentes alterius: et est: nam sequitur hoc erit homo. in a. instanti. ergo hoc erit i. a. instanti homo: et est. Etiam sequitur: nihil erit homo i. a. instanti quoniam hoc erit illud. ergo nihil erit i. a. instanti homo quoniam hoc erit illud et est: contra. n. ita limitat terminum per determinationem appositam signo sicut ibi: ubi gratia: brunellus est omnis asinus: et brunellus est illius omnis asinus: utrobique restringitur ly asinus per ly illi: et ille propones inuenit conuertuntur (ut liquet) ita i. pposito: et consequenter dicatur: quod ille conuertuntur: tu es omnis homo: et tu es homo: tu es omnis homo isto modo: et tu es isto modo omnis homo. Ille tamen non conuertuntur: tu es aliquo modo omnis homo: et tu es omnis homo aliquo modo: tu es alicubi omnis homo: et tu es omnis homo alicubi: sic nec ille: brunellus est alicuius hominis omnis asinus: et brunellus est omnis asinus alicuius hominis: quoniam terminus communis precedens significat quod stat determinate a quo incipit probatio propositionis: restringit terminum distributum usque ad suppositionem distributam: cum autem sequitur: quod stat confuse terminus: non restringit cum illo modo. ¶ 2^a pars. Tu eris omnis homo in a. instanti et tamen i. a. instanti tu non eris omnis homo (patet per 3^{am}) per exponetes: et facta declaratur: quoniam si i. a. instanti tu eris omnis homo. ergo in a. instanti tu eris omnis homo et erit (patet contra) quia ly homo supponit per omni hominem et erit: quod declaratur: ex eo quod propter diuinitatem determinationem ad determinabile non limitat determinabile per illam determinationem: vnde in qualibet illarum: omnis homo est quod est albus: omnis homo currit et mouetur: tamen ample supponit subiectum sicut i. istis: omnis homo est. omnis homo erit: ly homo ergo tamen ample supponit i. illa. a. instanti: tu eris omnis homo sicut i. illa: tu eris omnis homo. Item in hac etiam omnis homo erit tu i. a. instanti: non limitat subiectum. ergo est i. instanti tu eris omnis homo: non restringit predicatum (patet contra consilium) quia sicut in illa: omnis asinus est illi: non restringit subiectum: ita in hac: isti est omnis asinus: non restringit predicatum: generaliter. n. tales conuertuntur: et possibiles: ut i. hoc instanti est omnis homo: et omnis homo est i. hoc instanti. ¶ In intelligendum. quod hoc aduerbia discreta: vel equiualeant: si prece dant verbum determinat subiectum et verbum: et non predicatum. Si vero sequantur determinat predicatum et verbum: et non subiectum: et hoc maxime i. his distributionibus. Aliqua tamen per oppositionem seu limitationem illius possunt esse determinationes eximorum: et non ubi principalis: ut for. tunc erit i. archa noe: potest enim significare quod for. tunc erit: erit i. archa noe: et sic est determinatio solius subiecti. Item for. erit tunc in archa noe: hoc potest significare solum quod for. erit i. archa noe: que tunc erit archa noe: et sic est determinatio solius predicati: nec obstat quod aduerbiu stat iuxta verbum: et semper nititur verbo secundum grammaticos: quia illud non est intelligendum de verbo principali et explicito solum: quia et potest esse determinatio verbi secundary seu subintellecti: aduerbiu ergo est proprie determinatio ubi impliciti: vel expliciti primary vel secundary: accidens autem ratione ubi potest esse determinatio subiecti: vel predicati: vel partis eius. ¶ 3^a pars. Tu es omnis homo: et non immediate ante instantis presens fuisti omnis homo: et tamen non incipis esse omnis homo: probatur: ponendo quod sis omnis homo: et fuisti omnis homo i. quolibet instanti hore preterite: illo posito patet prima est vna pars casus: et (2^a pars) quia suum contradictoriu est falsum. s. immediate ante instans presens fuisti omnis

homo: ex quo ly homo distribuitur: per omni hominem quod fuit. 3^a pars. Pars declaratur: quoniam sequitur: tu es omnis homo: et immediate ante instans presens fuit ita quod tu es omnis homo. ergo tu non incipis esse omnis homo: patet consequentia: ab vna causa veritatis ad propositionem habentem illam. Consimiliter dicatur quod tu es omnis homo: et nunquam eris omnis homo: et tamen nunquam desinis esse omnis homo: posito illo casu: cum casu prime rationis: quia et si nunquam eris omnis homo: tamen immediate post hoc instans erit ita quod tu es omnis homo: vnde in talibus distributionibus et in terminis significatibus motu: ut in tali modo loquendi: quia non sequitur: tu pertransis. a. spacium et nunquam pertransiisti. a. spacium. ergo tu incipis pertransire. a. spacium: quia l3 nunquam pertransiisti. a. spacium tamen immediate ante instans presens fuit ita quod tu es pertransiens. a. spacium. Et etiam non sequitur: tu pertransisti. a. spacium: et nunquam pertransibis. a. spacium. igitur tu desinis pertransire. a. spacium: quia dato: quod sis in medio. a. spatii pertransendo illud: antecedens vtriusque consequentie erit verum: et consequens falsum. ¶ 4^a conclusio. Tu non es omnis homo: nec vnumquam eris omnis homo: et tamen tu incipis esse omnis homo: probatur ponendo primam partem in casu vna cum toto residuo prime rationis: i. quo casu facta pars est nota per primam conclusionem: et tertiam declaro: quia immediate post instantis presens erit ita quod tu es omnis homo. Unde in illa: tu incipis esse omnis homo non supponit ly homo per omni hominem quod erit: sed solum pro homine quod immediate post hoc erit aliter non esset possibile quod tu incipis scire omnem propositionem. et quod tu incipis videre omnem hominem per remotionem de presenti. Similiter procedit quod tu non es omnis homo: nec vnumquam fuisti omnis homo: et tamen tu desinis esse omnis homo: patet: ponendo primam partem in casu: vna cum hoc quod immediate ante hoc fuit ita quod tu es omnis homo: nam ly. homo distribuitur solum per omni hominem quod immediate ante hoc fuit.

¶ Et si ex his concluditur: per idem quod tu incepisti et desines esse omnis homo: negatur consequentia: quia respectu verbi de preterito vel futuro supponit ly homo per omni hominem quod fuit: qui erit: nec sequitur tunc tu non fuisti omnis homo: et immediate post illud instans fuit ita quod tu es omnis homo. ergo tunc incepisti esse omnis homo: quia arguitur aminum amplo ad magis amplius: sed facta exponens debet esse simplex de preterito. s. n. incepisti vel desines esse omnis homo: tu fuisti vel tu eris omnis homo: secus autem est de presenti. ¶ Ex predictis sequitur. Quod tu eris omnis homo in a. instanti: et tamen non potes esse omnis homo in a. instanti: quia tu non potes esse omnis homo qui potest esse in a. instanti: vnde in illa: tu potes esse omnis homo in a. instanti: distribuitur ly homo pro omni homine qui poterit esse in a. instanti: sicut in alia per omni hominem qui erit i. a. instanti: nec sequitur possibile est quod tu sis omnis homo in a. instanti. ergo tu potes esse omnis homo in a. instanti: quia assensu composito ad sensum diuissum fallit consequentia: vnde concedo quod possibile est te esse omnem hominem tamen sine determinatione quam cum determinatione: sed tu non potes esse omnis homo aliquo modo. ¶ Sed si arguitur sic: illa consequentia est bona: tu potes esse omnis homo: plato potest esse homo. ergo tu potes esse plato. ergo aperi illa consequentia est bona: potest esse quod tu sis omnis homo: potest esse quod plato sit homo. ergo potest esse quod tu sis plato: quia utrobique arguitur a superioris distributo ad suum inferiorem cum debito medio. ¶ Item sicut sequitur: tu potes esse omnis homo ergo tu potes esse omnis homo qui potest esse: aperi videtur sequi: potest esse quod tu sis omnis homo. ergo potest esse quod tu sis omnis homo qui potest esse: quia utrobique supponit ly homo distributive: respectu huius verbi potest: sed consequens continue est falsum. ergo tam falsa est illa de sensu composito: quam illa de sensu diuiso. ¶ Dicendum quod primus descensus valet et non secundus: quia tertius distributus respectu huius verbi potest terti in sensu diuiso: distribuitur per omni tali quod potest esse: si sensu composito non distribuitur nisi per comparationem ad aliud extremum.

4^aobie^oR^oisiop. cor^oobie^oobie^oR^oisio

Secundum

Ideo illa potest esse quod tu sis omnis homo: non distribuitur ly homo nisi per omni hominem quod potest esse tu: id est medium dicitur esse hoc: potest esse quod plato sit homo quod potest esse tu: quod negatur. Et per hoc est solutum aliud argumentum: quod sequitur solū ex illo ante: quod potest esse quod tu sis omnis homo quod potest esse tu. Et si quis quare hoc verbum potest in sensu diuiso facit supponere absolutam: et in sensu composito respectuā. Dicitur quod in sensu composito determinat totam compositionem: et non in sensu diuiso.

Ad primum dicitur: quod aliquis homo: vel aliqua homo erit omnis homo: est impossibile naturaliter: igitur primum sit magis impossibile quod secundum. Unde admissio quod mulier pregnans cum fetu maschio: sit omnis homo (sequitur) quod species humana potest desinere esse: aut quod aliquis homo necesse est comedere: vel bibere: nam fetus si puer nect ad perfectionem generationis: ille necesse est comedere vel bibere: quod indigebit nutrimento: et si non: igitur puer species humana: tamen quod talis casus non implicat contradictionem: quod deus hoc potest facere: admissio. igitur casus prime rationis: nego ultimam consequentiam: nec arguitur ab exponētib⁹ ad exponē: quod solū sequitur: quod tu eris in instanti omnis homo: aut quod tu eris omnis homo in a. instanti. hoc. n. i. a. instanti tu eris omnis homo: exponitur sic i. a. instanti tu eris homo et nihil erit homo: quoniam illud i. a. instanti erit tu: modo hoc est falsa. **Ad 2^m** nego illam: tu es omnis homo alicubi (et ad probationem) nego contra (dicendo) quod arguitur distributio ab inferiori ad suū superius: nam signum velle affirmatiuum distribuit terminum mediate sequente dummodo sit deterioratio termini sequentis immediate. Sed ly alicubi est determinatio illi termini homo. igitur distribuitur: aliter. n. illa consequentia valet. brunellus est omnis asinus illius hominis. igitur brunellus est omnis asinus alicuius hominis: et dato: quod ly alicuius sit conclusio tamen: adhuc contra non valet quod arguendo ab inferiori ad suū superius cetera debet esse paria. Unde non sequitur: for. est for. igitur homo est omnis homo: quod igitur arguitur apte sub pre regula: tamen apte potest argui distributio: et ita in proposito non datur argumentum propter ascensum aduerbio: sed per ascensum illius termini homo quod in antecedente supponit distributio distributio: et in consequente distributio cōiter: et ita virtualiter arguitur ab inferiori ad suū superius distributio. **Ad 3^m** nego omnes illas: tamen tu es homo aliquo modo. tamen tu illo modo es homo: isto modo tamen tu es homo (et ad probationem illi vltimē) negatur contra: nec arguitur ab exponētib⁹ ad exponē: quoniam si exponēs est illa: nihil non tu isto modo est homo quod est falsa: eius contradictorium est verum. scilicet aliquid non tu illo modo est homo: quod for. est homo: et for. est aliquid non tu illo modo: nec oportet modum determinare i. si exponēs verbum principale: sic i. exposita: sed sufficit quod determinet subiectum: vna cum verbo implicito: unde hec est falsa: omnis homo isto modo est tu (dato) quod ly isto modo non determinat subiectum sed verbum: et si exponēs determinabit verbum implicitum. v. z. nihil est homo quoniam illud isto modo est tu. **Ad 4^m** dicitur quod illa suppositio est falsa: quoniam sic actus mentalis distribuitur: non habet inferiori: nec superiori: ita nec actus ponendi vel diuidendi: cum inferioritas et superioritas non reperiantur nisi inter intentiones et terminos subalternatos illis: nec est propter inferioritas: nec superioritas inter illa verba currit: vel mouetur: nisi ratione intentionum quas includit: verbum igitur substantiuum: quod non est intentio: nec terminus convertibilis cum intentione: est enim solū actus ponendi vel diuidendi: et non habet superiori nec inferiori. Admissa tamen illa suppositione dupliciter respondetur: primo nego contra: quod si ratione verbo arguitur per regulam: non tamen ratione predicatorum: imo distributio formaliter: vel virtualiter ab inferiori ad suū superius: cum i. ante solū predicatum supponat per omni hominem quod est tu: ratione verbi non habetis maiorem suppositionem actiuā: et ante supponat per omni hominem absolute. igitur negatur ante demonstrando quod equaliter isti: tu isto modo es omnis homo: sicut for. equaliter huic: ille homo denominato for. (vbi per) quod igitur hoc totū. isto modo tu es: nulli petat nisi tibi: facit tamen illū terius distributiuū supponere per omni hominem. **Et ex hoc** soluitur vna difficultas talis: quod in hac propositione omnis homo est distribuitur ly homo per omni hominem: et in ista omnis homo albus est: solū per omni hominem albo ratione limitatio. igitur per idē ista: tu es omnis homo: facit verbum supponere illū terminū homo per omni hominem: et in ista tu isto modo vel hic es omnis homo: facit istū terminū homo supponere so-

lum per omni hominem. isto modo. vel existere hic: ratione determinationis. **¶** Respondetur negando contra: quod verbum non limitatur quo ad suppositionem: sed solū quo ad notationem (quod dicitur) tu es omnis homo: vel tu eris omnis homo verbum denotat predicatum absolute i. esse subiecto: non habendo remedium determinatum: sed in istis: tu h. es omnis homo: isto modo tamen tu es homo i. a. instanti tamen eris omnis homo vel tamen tu si eris omnis homo: illud verbum denotat predicatum i. esse subiecto: secundum determinatum respectu: ut quod omnis homo dicitur de te i. b. instanti: vel per hunc modum: aut per tali mensura instantanea. limitatio igitur distributio non est ratione verbi limitati: sed ratione termini distributi per aliquā deteriorationem restricti. **Act^o**. n. actiuorum sunt in patiente et bene disposito. igitur de aia: ergo etc.

¶ Prima pars principalis.



Secundū soph^{ma}. Omnis fenix est. igitur quod arguitur quadruplex: et primo sic: signum velle affirmatiuum non facit veram propositionem nisi terius per ipsum distribuitur beat actum tria supposita: sed ille terius fenix non habet actum tria supposita: igitur sophisma falsum (et contra cum minori) ex cōi oppinione dicendum quod nūquid est nisi vna

fenix: sicut nūquid est nisi vna instans: sed ex corruptione vni generatur vni: ex quo generatur postea alia fenix: ante pro maiori colligitur de intentione **¶** 2^o primo celi dicitur: omne et totum per ponitur super tria. Item si omnis fenix est: et non est nisi vna fenix: vltima est concessio: ergo aliquid fenix est omnis fenix: contra est deterioratio Aristotelem. primo pyrrhoniensis quod ista propositio affirmatiua est falsa in qua predicatur velle vniuersaliter sumptum. **¶** Secundo si omnis fenix est: et nulla fenix est corrupta. igitur aliquid fenix fuit semper contra est falsum: quod nullus animal potest perpetuari (et probatur minor) quod nihil quod est ens est corruptum: sed omnis fenix est ens quod est: igitur nulla fenix est corrupta (per contra) quod est falsum in 2^o prime figure: maior est euidentia: quod quod est corruptus fuit: et non est. (minor vero per) per exponētes scilicet aliquid fenix est ens quod est: nulla est fenix quoniam illa sit ens quod est. **¶** Tercio aliquid fenix est corrupta. igitur aliquid fenix non est: per contra assimiliter: illa fenix est corrupta. ergo ista fenix non est: vel de causa diuersitatis: quare et illa consequentia: in singularibus et non in cōibus: tamen arguitur sic. nūquid corruptum est: aliquid fenix est corrupta. ergo aliqua fenix non est: et contra: quod est falsum in quarto prime figure. ante est verum. ergo et contra: et contra est contradictorium sophismatis. igitur etc. **¶** Quarto. omnis fenix est: et nulla fenix est perpetua. ergo aliqua fenix erit que non est: per contra: quod aliter deficeret species fenicis: quod est contra philosophum primo posteriorum dicitur: quod species sunt eterne: sed contra est falsum. ergo et antecedens non minor. igitur maior que est sophisma: sed quod consequens sit falsum arguitur sic: quacūque fenice futura signata illa erit fenix pens. ergo illa erit fenix que est pens: per contra: quod pens et quod est pervertit: ante per: quod sic illa: fenix erit exis. ita erit pens.

Ad oppositum arguitur sic. Aliqua fenix est: et nulla est fenix qui illa sit. ergo omnis fenix est: per contra: ab exponētib⁹ ad expositum. est antecedens. verum. ergo et consequens quod est sophisma.

Circa predicta et maxime in prime ratione sit hec prima. Alii sunt termini eque cōes quorum vnus habet infinita supposita: et alter solum vnum: per nam isti termini tempore et instans sunt termini eque cōes: quod quilibet illorum significat infinita et nullus illorum est superior vel inferior ad reliquum. ergo etc. minor patet: et maior declaratur: nam quilibet illorum significat quicquid vni significauit. ex quo sunt termini mentales naturaliter significantes: ut suppono: sed quilibet illorum significat infinita: quod ly tempus significat infinita tempora que fuerunt partis hore preterite. et ly instans significauit omnia instantia eiusdem hore: sed tam tempora que instantia fuerunt infinita hore preterite. ergo quilibet illorum significat iam infinita. Secunda pars conclusionis declarat: quod igitur sunt infinita tempora: ut per per

obiecto

diuisione tps in ptes ppportionales in infinitu sic: qd sp tps
pns diuidat in partes pntes. i. a. n. est dies: annus: et mensis: et
hora: et medietas hore: et sic in infinitu. ita qd sca dione vna
ps sit pterita et reliq futura: ex qb^o resultat tps pns. ille vo
terius instas no bz nisi vnu suppositu. ex quo: qd no est nisi
vnu instas copulans ptes pteritas tps pntis cu partibus
futuris. ¶ Ex illa hne segt. Qz illi duo termini ho: et fenix
sunt termini eque coes: qz glz eoz significat infinita: et nul
lus eorum est superior ad reliquum. ymmo sunt species
spa^{me} prelibate sube: non ob^o qd ille terminus homo habe
at multitudinem suppositorum et ly fenix non habeat nisi
vnum suppositum. ¶ Secunda conclusio. Ille terminus
supponit pro infinitis suppositis: et tn no bz nisi vnu suppo
pma ps declarat accipiendo illa ppoem: ois fenix erit: vbi
sbn fenix supponit pro oi fenice q erit: sed infinite fenices
erut: g supponit p infinitis fenicibus: et p ois supponit p i
finitis suppositis. 2^a ps est clara. qm no est nisi vna fenix:
nec est pole q sit nisi vna fenix. sicut nec est pole q sit nisi
vnu instas: g non e pole q heat nisi vnu suppositus: pot tn
bre plura supposita. ymmo pot bre infinita supposita si p
tps infinitu ille terius pot manere. ¶ Ex illa hne segtur.
Qz alig sunt duo termini quoz vn^o heat supposita ifinita:
et alius solu vnu: et tn supponit pro tot eqlr (p3) d illis duo
bus teris: tps: et fenix: in illis pponibus. oē tps futur erit: et
ois fenix futura erit: vbi ly ta tps: q ly fenix: supponit p in
finitis. ¶ 3^a ps. Ois fenix futura erit i instati pnti: et tn aliq
fenix futura no est (2^a ps p3) de oi fenice gnanda: et pma p
ba: qz si no: de^o oppositu. i. aliq fenix futura erit que non
erit i instati pnti q sit. a: et arguit. a. no erit in instati pnti eo
q non erit i instati qd e pns: qz alia ro assignari non pot: g p
ide. a. fenix nuq erit pterita: vel genita: nec corrupta: pba
tur pna. naz si pns: et qd e quertunt p idez pterituz quertit
cu hoc coplexo qd fuit: et genitu cu hoc coplexo qd e: vel fuit
postq no fuit: et corruptu q non est postq fuit (p3 pna) asi
mili: quo pcesso. h est falsa. a. fenix erit fenix pterita. qm ex
ista segtur: q. a. fenix erit fenix. a. q fuit: qd e falsu. Silr si. a.
fenix erit genita. g. a. fenix erit aliqd qd e vl qd fuit: post q
no fuit: qd itez e falsu. et si. a. fenix erit corrupta: g. a. fenix e
aliqd qd no est postq fuit: qd e falsu. sic igif. a. fenix erit in
aliquo pterito genita: vel corrupta: ita. a. fenix erit in ista
ti qd erit pns: et pnt in instati pnti: qz hoc istans qd e ia futu
rum aliqn erit presens. sicut etiam aliqn erit preteritum.
¶ Ex ista hne sequitur. q instas presens aliquando fuit: et i
stans presens aliqn erit (probatu) qz hoc aliquando fuit:
demonstrado instas mediate hesterne diei: et h est vel fuit
instas psens: sicut etia fuit preteritu vel futurum: ergo zc.
Similr hoc aliqn erit demonstrado instans crastine diei:
et hoc e vel erit instas presens. sicut etia erit preterituz vel
futuruz: ergo zc. ¶ 4^a ps. aliquod corruptu an instans psens
erit in instanti presenti: et aliquod generandu post instans p
sens erit i instati presenti: pma pars pbatu. na hoc erit i
instati pnti demonstrado. a. fenice: et hoc est vel erit aliqd
corruptu ante instas pns: igif pma pars p3 ex alia hne. et 2^a
pbat. qm non aliude pcedit q. a. erit in instanti pnti: nisi
qz aliquando erit ita q. a. e in instati pnti: sed aliqn erit ita
q. a. e corruptum ante instans psens g. a. erit corruptu an
instas psens. 2^a pars hnis silr ostendit. na hoc erit in ista
ti presenti demonstrado. a. et hoc est vel erit gnanduz post
instas presens: qz aliqn erit ita qd hoc e generandu post in
stans presens: ergo aliqd gnanduz post instans psens erit in
instanti presenti. ¶ Ex predictis sequitur. Qz aliquod cor
ruptum mille annis elapsis potest esse. ymmo erit in ista
ti presenti: et aliquod generandum post mille annos potest
esse. ymmo erit in instanti presenti nunq: tamen sequitur:
quale erit aut poterit esse in instati quod est presens. Nec
sequitur possibile est quod hoc corruptum seu generandu

sit in instanti quod est presens: ergo hoc corruptum vel ge
neranduz potest esse in instanti qd est psens: qz arguitur a
sensu copposito vero: ad sensuz diuisu falsu: sicut no sequit:
pot esse q an xps sit ho qui est: g antexps potest ee ho q e.
cu ans sit vez: et sequens falsum: bene tn sequitur: aliqn
erit ita qd hoc est in instati pnti: ergo h erit in instanti pnti
poterit esse qd hoc sit in instanti pnti: ergo hoc poterit esse
in instanti presenti: non obstante q arguitur a sensu copossi
to ad sensum diuisuz: sicut in alio: quia hic arguitur in ter
minis simplicibus: ibi autem in terminis compositis ver
baliter sumptis.

Ad primu negatur ans qz bec propo est vera: ois sol clarissime lucet: qz hic predicat pro argu^m

pria passio de suo subiecto: et tamen subiectum non habet:
nec habere potest nisi vnum suppositum. Item dato q. a.
sit propria passio fenicis illa est vera: omnis fenix e. a: per
eandem causam: et tamen subiectum non habet nisi vnuz
suppositum: licet habebit plura successiue. vnde dato q tu
esses omnis homo ista esset vera: omnis homo est risibilis
sicut nunc ratione exponentium: ratione exclusiue de ter
minis transpositis: et ratione predicati conuertibilis cum
subiecto: et ratione ascensus hoc modo: tu es risibilis: et tu es
omnis homo: ergo omnis homo est risibilis: et tamen subie
ctum non haberet nisi vnuz suppositu: ita dicatur de ista:
omnis fenix est. a: ex qua segtur sophisma: omnis fenix est.
Item aliter duo contraria in materia naturali cum verbo
de presenti et sine determinatione essent simul falsa. s. om
nis fenix est animal: nulla fenix est animal. ymmo duo co
tradictoria essent simul falsa: bec quidem: omnis fenix est
.a. propter defectum trium suppositorum: et bec similiter alia
fenix non est. a. quia negatur propria passio a suo subiecto.
deinde signum vniuersale negatiuum non exigit tria sup
posita: nec signum vniuersale affirmatiuum in propositio
ne negatiua aliter per idem: nec in affirmatiua. antecede
patet: quia quelibet illaruz est vera: nulla fenix est asinus:
omnis fenix non est asinus. Et ad philosophum dicitur: q
ipse non loquebatur ad propositu isto modo. vnde volens
probare numerum trinarium esse perfectum: sumpsit in
ter alias rationes moduz loquendi communiter dicentiu
q omne et totum non proprie attribuuntur paucioribus
tribus: nam duo homines sunt proprie duo: vel ambo: sed
non proprie omne: vel totum: quia duo homines non faci
unt proprie vniuersitatem nec populuz: sed ad tales deno
minationes requiritur q sint ad minus tres. Itz cōcedo
q aliqua fenix est omnis fenix. et ad Aristotelem dico: q il
la fuit intentio sua. v3. q propositio affirmatiua est falsa in
qua pntum vniuersale habens plura supposita: distributum
signo vniuersali affirmatiuo: et hoc in numero singulari: et
in recto respectu recti: dicitur primo habens plura suppo
sita propter illas: aliqua fenix est omnis fenix. aliquis sol
est omnis sol: aliquod instans est omne instans. Secun
do dicitur distributum signo vniuersali affirmatiuo: et hoc
in numero singulari: qm ille sunt vere: tn homo est risibi
lis: tn homo est animal rationale: et tamen predicatur vni
uersale habens plura supposita vniuersaliter sumptuz: qz
supponit distributiue non signo vniuersali: sed exclusiue.
Similiter iste sunt vere: aliquid est nullus homo: aliquid
est nullum animal: licet predicatur distribuatuz signo vni
uersali cum alijs conditionibus: sed illud signum est nega
tiuum. Tertio dicitur in numero singulari: quia ille pro
positiones sunt vere: aliqui homines sunt omnes homines:
aliqui apostoli sunt omnes apostoli: et tamen pntur vlt distri
butum signo vniuersali affirmatiuo habens plura suppo
sita. 4^o dicitur in recto respectu recti: qz iste propositiones
sunt vere: deus erit in quolibet instanti futuro: in b instan
ti est ois ho: et tn pntuz est vlt vniuersaliter sumptu cu alijs

Ad p^m argu^m

¶ Nobi
le d to
to: et oē
qtr q
tuō cō
tingit
habef.

Secundum

conditionibus: sed iste sunt false: aliquid est omnis homo. aliquid est omne animal: quia predicatum est vniuersale vlt sumptu signo vlt affir° distributu habes plura. **Ad 2^m** ne-
Ad 2^m gaſ q nlla fenix ē corrupta (z ad pbationē) nullus ens qd ē ē corruptū: ois fenix ē ens qd ē. ergo nlla fenix ē cōrupta: negat cōtra: qz arguit a min° aplo ad magis amplū distribu-
Ad 3^m tiue: eo q ly fenix in minori supponit p eo qd ē solū: in ſne vero pro eo qd est vel pro eo qd fuit: sicut nō sequit: nullus homo q est ē generandus: qlibz hō est hō. ergo nullus hō ē generandus: sed solū segt: q nullus hō q ē est generandus: z ita pūs debuit inferri: q nulla fenix q ē ē corrupta. **Et**
Ad 3^m si arguit sic. Aliq fenix pſens ē corrupta. ergo aliqua fenix que est ē corrupta. Negat pſequentia (qz vt prius patuit) subiectū anteceditis supponit pro fenice q est vel aliquan-
Ad 4^m do fuit pſens: subiectū pſequentis soluz pro fenice que ē. **Ad tertiu.** nego illam pſequentiā: Aliqua fenix est corru-
Ad 4^m pta. ergo aliqua fenix nō ē: qz arguit a magis amplo ad mi- nus amplum: concedo tamen illam: illa fenix est corrupta. ergo illa fenix non est: z ratio diuerſitatis est: qz hic non va-
obiectō riat illud pro quo subiectū supponit: semper enim in ante- cedēte z consequēte ē suppositio pro eodem (ex quo) conti- nue denoteſ idem. In alia autez variat suppositio: quoniā in antecedēte supponit subiectū pro aliqua fenice que fuit z nō est: z in pſequentē vero pro fenice que est solū: z ex hoc negat quelibet illaz consequētiāz quibus concludit con- tradictorium ſophiſmatis: quia vtrobiqz arguitur a magis amplo ad minus amplū. sed ex his premissis soluz segtur: q aliqua fenix que fuit non est: z aliqua fenix que erit non est: quorum quodlibet conceditur. **Ad quartum.** respon-
Ad 4^m suz ē: ccedēdo q qlibet fenix futura erit pſens z exiſtēs in instanti pſenti: non tamē quelibet fenix futura erit in instanti quod ē pſens: z nego q illi termini cōuertunt: pſe- ſens: z q ē pſis instās pſis: z instans quod est. **Et** si argui- tur sic. pono q. a. conuertat cum illo termino instans qd ē pſis: z q bec fenix demādo fenicem generandā erit i in-
Ad 4^m stanti qd ē pſis: qz bec fenix erit i. a. ergo erit in instanti quod ē pſis (p3 cōtra) ab vno cōuertibili ad reliquuz: z antecedēs probat: aliqdo erit ita q bec fenix est in. a. ergo aliquādo bec fenix erit in. a. (p3 cōtra) qz bñ sequit vt dictum est. ali-
Ad 4^m qñ erit ita q bec fenix ē in instanti pſiti: g h fenix erit in istā ti pſiti: s3 magis arguit in teris simplicib⁹ in argumēto da-
Rñſio to qz in illo. g illa pſitia afortiori ē bona. **Rñdeſ** negan- do illā cōſequentiā: z licet explicite melius arguat in termi- nis simplicib⁹ in illa qz in alia cōtra: nō tamen implicite (ex quo) ly. a. conuertit cum compositione verbali: vnde si ly. a. conuerteretur cum ly hoc complexo homo qui est: nega- tur illa: antechristus potest esse. a. (nec sequitur) potest esse q antechristus sit. a. ergo antechrist⁹ potest esse. a. (z tamē bene sequitur) potest esse q antechristus sit homo currēs: antechristus potest esse homo currēs: quia hic nec explici- te: nec implicite arguitur cu3 complexo verbali a parte ali- cuius extremi. In alia vero arguitur implicite i terminis complexis cum comlexione verbali: zc.

Secunda pars principalis.

Omnis fenix est. q ſophiſma ſit falſum arguitur ſic. subiectum supponit pro omni fenice preteri-
p. arg^m ta z possibili: sed non quelibet fenix preterita vel possibilis est. ergo zc. maior probatur quadrupliciter: z primo ſic. iſte terminus fenix distributus in ſimplici apprehēſione ſigni- ficat omnem fenicem preteritam z possibilem: z pro tali di- ſtribuitur. ergo improprie ſignificat omnem fenicem pre- teritam z possibilem: z pro quālibet tali diſtribuitur: patet cōſequentia: qz termin⁹ mētalīs nō pōt abſolui a ſua natu- rali ſignificatione: z p pſis ly fenix supponit p omni fenice preterita z possibili: ſi negat cōſequentia: dicendo: q ver-

bum ſubſtātiuz reſtringit ſbm ad ſupponendū ſolū pro eo qd est: iō ly fenix nō ſupponit niſi pro fenice q est iſta nō va- let qz ſbm hui⁹ añ xps est ſupponit pro eo qd nō ē: z iſti⁹ oē qd poterit eē est ſbm: ſupponit pro oī eo qd pōt eē z nō ſolū p eo qd est. **2^o** ponit q retineas hāc in mēte tua: ois fe- nix est vſqz ad mediū iſtās craſtine diei in quo gnābit. a. fenix: z arguit ſic: oī mō quo ſe hēbit cras ſbm illi⁹ ppōnis iam ſe h3: qz iſtō nō mutat: neqz intellect⁹ tu⁹ variabitur: ſ3 cras ſupponet pro. a. fenice: g iā ſupponit pro. a. fenice: vbi ē tante po⁹ ē nūc quāte erit cras: ſ3 cras faciet ſbm ſuppo- re pro. a. fenice: g z nūc fac ſbm ſupponere p. a. fenice. Itēz cras tpe quo nō erit aliq fenix: ſ3 ſoluz vmis genit⁹ ex feni- ce corrupta ſbm illi⁹ ppōnis ſupponet p. a. fenice: ſ3 nō est maior rō: qre tunc ſupponet pro. a. fenice q tūc non erit qz iā ſupponit pro fenice q est: g iā ſupponit p. a. fenice: z pro qz alia poſſibili vel pterita indiſſerēter. **3^o** hoc vbi est mētale indiſſerēter pro oī iſtāti pterito z poli⁹ ſignificat g nō reſtrigit ſbm ad ſola ſignificata iſtāti pſtis (p3 cōtra) qz non aliūde ſbm iſti⁹ propōnis ois fenix pōt eſſe: ſuppoit pro oī fenice poli niſi qz illud vbum pōt ſignificare indiſ- ſerēter oē iſtās poſe: añs pbat: qz hoc vbi mētale nālī ſignificauit p oī iſtāti pterito: z nālī ſignificabit p oī iſtāti futuro ſeu poli⁹ (ſuppoſito) q ppetuaret in mēte: g iāz pro quol3 tali iſtāti ſignificat (p3 cōtra) qz terius nālī liter ſignificās nō pōt abſolui a ſua nālī ſignificatōe. **4^o** Si eēt vn⁹ intellectus iſinite vtutis hīs vnū terium diſiun- ctū ex teris diſcretis. oīz fenicū: pteritaz z poliū: talis ter- minus diſiunctus ſbiue ſupponēs reſpectu hui⁹ vbi ē in pro- poſitione iſeſinita affirmatiua ſupponeret p oī fenice p- terita z poli⁹ ſub diſiunctione: iſi adueniēte diſtributiōe di- ſtribueret copulatiue pro eiſdē: ſ3 h vſis quereſet cū iſta ois fenix eſt (vt apparet) g ſubiectū iam huius ſupponit p omni fenice preterita z poſſibili quod erat probandum.

In oppositu arguit ſic. aliq fenix ē: g ois fenix ē. (p3 cōtra) qz aut ſolū eſt vna fenix: aut ſunt plures fenices: ſi p^m: cu3 iſta ſit ois fenix (ſeg^t) q omnis fenix ē. ſi z^m z non eſt maior ratio quare vna fenix ſit qz alia: ergo omnis fenix eſt.

Iurta materiā pmi argumēti ſit bec p^a ſ. Ois terius catheg^o faciēs ppoſitionē cū aliquo vbo recipit ſupponēs ab iſto z pro aliq ſupponit. p^a ps p3 qz termini eē ppōnez ſignificāt: z nō ſupponūt. z i ſola ppōne ſupponūt. g vlt ſuſcipiūt ſuppoēz a vbo (p3 cōtra) qz nō ē rō qre vnus terius catheg^o i vna ppōne ſupponeret: z nō ali⁹ reſpectu cō- ſiſis vbi. nā ſi aliq eēt ppō cui⁹ ſbm vel pdicatū nō ſuppoē- ret maxie videret i illa: chy^a ē chy^a. **S3** ſi i^a eſt iſeſinita: g ſbm ſupponit deteriate: z añr qz h ē vſis: ois chy^a eſt chy^a: ſbm ſtat diſtributiue: z p^tuz pſuſe tātuz: i hac vō iſta chy^a ē chy^a: ſbm diſcrete ſupponit: qz ē ppō ſingularis. Deide iſte nō dīdicūt: qz chy^a: ois chy^a ē: aliq chy^a. ois chy^a nō eſt: nec aſſignat alia rō niſi qz p^tuz ſupponit diſtributiue i qz eaz: z ſi qraſ diſſerētia iter has: chy^a ē aīal: chy^a ē nomē: nō aſſi- guaſ alia: niſi qz ſb3 ſtat i vna mālī: z i alia pſoālī. Alijs it- regulis logicalib⁹ p^t pbari teriuz iſtū: chy^a ſupponere. z ps ſnis declarat. nā ſi aliq terius i ppōne ſupponit p nul- lo. h videret maxie de oī terio nō hāte ſignificatū in re. **S3** (pono) q vn⁹ hō: nec aliq hō ſit z qro an iſta dīdicūt: qz hō ē: z aliq hō nō ē: z ſi ſic: duo dīdicto^a poſſūt ſiſe vā: dato qz dōs anihilaret oēz mulierē: z nullū maſculūz ſi non: qro cām: z nō dabitur alia niſi qz termini nō ſupponūt pſiſe p eodē eo q i affir^a ſb3 ſupponit p maſculo: z i negatiua p ſe- mina ſolū: Itē iſta cōtra ſtate iſto caſu nō valz: iſta: qz hō eſt hō maſcl⁹: berta ē hō: g berta ē hō maſcl⁹. qz añs eſt poſe: z pſis ipole: z hoc ideo: qz ſbm maioris ſupponit ſolū pro ma- ſculo: z p^tedicatū minoris: pro altero ſexu. Etiam iſta cōtra non valet. nullus homo eſt mulier: ergo nulla mulier eſt

hō: qz aīis ē necessariū ⁊ hīs ipole vel stīgēs: ⁊ nō assigna
tur alia cā: nisi qz i cōuersa subm suppoit solū p vno sexu:
⁊ pū i quertēte p vtroqz: et pū dicat qz dīctoriū istī: qz
hō ē dī assignari istud. aligs hō nō est: vbi subiecta suppo
nūt pīse p eodē. ⁊ minor istius. quilibz hō ē hō masculus
ē ista: berta ē aligs hō: vbi seruāt suppositio eadem pīse: ⁊
cōuertēs istius. nullus hō ē mulier. est ista: nulla mulier ē
aligs hō: vbi ē oēs termini supponūt p eodē vel p eisdē
pīse. ¶ Scda ⁊ ē ista. Aligs terminus supponēs respectu
huius vbi ē nō distracti supponit solū p eo qz nō ē: p de su
biecto istius. adā ē: vel antechristus: i quarū p ma subiectū
suppoit solū p eo qz fuit ⁊ nō ē: i secūda supponit solū p
eo qz erit: et nō ē. i hac vō chymera ē subiectū nō solū sup
ponit pro eo qd nō ē: sed etiā p eo qd nō pōt eē. Et si dī ex
quo ly chymera supponit p aliquo: assignet g illud. Dm
qz supponit p infinitis chymeris. qm supponit p qlibet
chymera itelligibili: qz nō ē ratio. quare supponat magis p
a. chymera itelligibili qz pro. b. chymera intelligibi
li: sed infinite sunt chymere itelligibiles. ergo supponit
pro infinitis: et ita supponit ly fenix in instāti in quonō ē
aliqua fenix pro omni fenice pterita. futura. ⁊ possibili: qz
qz supponat pro fenice futura: et non preterita non potest
ratio euīdē assignari. nec ē dōm qz pro nullo supponat
qz oppositum ostensum est in pīma pīne. Similiter si non
esset homo debet dici subiectum istius omnis hō ē suppo
nere pro infinitis hominibus preteritis futuris et possi
bilibus. ¶ Tertia conclusio. Aliquis terminus suppo
nens respectu huius verbi est distracti supponit indiffe
renter pro his que sunt ⁊ pro his que non sunt: probatur:
et capio hanc propositionem: omne pteritum ē: aut illam
omne futurū ē: indubie subiectum pīme supponit p om
ni pterito: et subiectū ⁊ pro omni futuro: sed aliquod pre
teritū ē: ⁊ aliqd pteri nō est: ⁊ aliqd futurū est ⁊ aliqd. futurū
non ē. ergo ⁊c. dicatur consimiliter de subiectis illarum p
positionum omne quod fuit ē: omne quod erit ē. oē qd pōt
eē ē. oē qd ē itelligibile aut imaginabile ē. subiectū cuiusli
bet illarum supponit tā p eo qd ē: qz p eo qd non ē. ¶ Sc
dubitat ex quo terminus non habet suppositionem ase: s
solū ab illo vbo ē et illud verbum ē non consignificat nisi
presentialiter: ergo nō facit terminum supponere p his q
nō sūt. Dicendum negādo pīam: qz nō dī vbi solū consi
gnificare presentialr: nō qz limitat terminum ad supponē
dū solū p his que sūt: sed qz denotat oē illud eē p quo su
biectū supponit. Et qz iterdū nō ē ita: talis propō affirma
tia ē falsa. ¶ Quarta ⁊. Aligs termin⁹ respectu hui⁹ vbi
ē supponēs suppoit solū p eo qd ē. aut p eis q sūt: pīmu p:
de subo hui⁹ vlis. oē istās ē. aut de subiecto istius oīs fe
nix ē. Secūdum vō patet de subiecto hui⁹ vlis oīs hō ē: aut
oīs hō ē ani mal. Nā ly instans non supponit nisi p istāti
pīti: ⁊ ly fenix solū p hac fenice q ē: ly hō vō supponit pro
oib⁹ hoib⁹ q sūt. et solū p his. qz aliter quelz illaz eēt fīa:
⁊ etiā sue exclusiue eēt fīe: qd nō ē dōm cū cuiuslqz illarū
exponētes sint vē. Itē si iste pōnes eēt false duo pīa in
mā nālī eēt fīl fīa absqz determinatiōe ⁊ vbo ampliatiuo
vz. quilz hō ē aīal. ⁊ nullus hō ē aīal. imo pīma principia
eēt fīa. f. de quolz dī eē vel nō eē. oē totū ē maius sua pte.
et cōsequēter nulla illarū eēt demonstrabil. oīs hō ē risibil.
oīs triagulus hz tres āgulos eāles duob⁹ rectis qd ē ⁊ do
ctrinā Aristotel p posterior: ⁊ pz p: qz eēt ipoles si subta
supponerent pro omnibus suis significatis: et quia etiam
aparte predīcati fit distributio sicut apre subiecti oportet
negare oēs istas pōnes: tu differs ab asino. de⁹ ē sapiētio
aliquo hoīe. i hoc istāti ē oīs hō: de⁹ ē i quolz istāti pīti. cū
tamē cuiuslibz illarū oēs exponētes sint vē. ¶ Dubitatur
ex quo istud vbi ē facit indifferēter suppoere p his q sūt
⁊ p his q nō sūt: vt patebit: p z⁹ ⁊ p z⁹ pīne: qz nō facit in

dictis pponib⁹ hoc idē. ¶ Rndetur q act⁹ actiuozū sūt Rñsio
in pa⁹ disposito: qz oē qd recipiūt in aliquo recipitur in eo
fm nāz rei recipiētis fm Ari. ⁊ pīme scdo de aīa. h⁹ diuer
sitas ē ex pte rei recipiētis suppo: ⁊ B nālī si ē terminus
signifi cās nālīter. ⁊ ex ipositione si ē termin⁹ significans
ad pla⁹. vñ termin⁹ icludēs dīam tēporis supponit p oī
suo significato. termin⁹ vero nō icludēs differētiā tēpis si
hz aliqd sig⁹ i re supponit so⁹ p i⁹. si at nullū hz suppoit
p quolibz suo significato. Et si ex his cōcludit: qz eā āplia
tiū ē vbi substantiū pītis tēporis: sicut B verbū pī: qz
termin⁹ eius supponēs ita suppoit p oī eo qd pī eē sicut r⁹
h⁹ vbi pī: vt oē pole ē: vel oē qd pī eē ē. negat pīa: qz termi
n⁹ supponēs distribu⁹ r⁹ h⁹ vbi pī deducto impedimento
aliūde suppoit p oī suo significato qd pōt eē siue hēat sua
suppoita i actu siue nō hēat ⁊ possit hēre: sed terminus sup
po⁹ distribu⁹ r⁹ h⁹ vbi ē hīs āplia⁹ significata i actu ⁊ nō iclu
dat dīam tēpis nō suppoit nisi p his q sūt. vñ i i⁹. oīs hō pī
eē: suppoit ly hō p oī hoīe q pī eē: ⁊ nō i i⁹. oīs hō ē. Deinde
B vbi ē faciēs termi⁹ distribu⁹ suppoere p eo qd pī esse
⁊ nō ē facit pōnē fīam: sed B vbi pī fac pōnē verā qm
nulla fenice existente bec ē falsa omnis fenix est: ⁊ ista ē vā:
omnis fenix potest eē.

Ad pīmum cōcedo cōsequētiā pīma cū suo ante
⁊ nego scdam nō ppter illā cām: qz Ad p⁹
verbū restringit subiectū ad supponēdū solū p eo qd ē: vt arg⁹
rō tetigit: s; qz tīs termin⁹ nō ē apt⁹ dū hz aliqd significa
tum i re supponere pro aliquo qz pro isto respectu hui⁹ vbi
est nō distracti. ¶ Ad z⁹ admi⁹ cām nego vtrāqz cōsequētiā Ad z⁹
qz p idē ar⁹ posset pbari q ly. a. fenix verificat de. a. fenice
qz cras verificabit de. a. fenice et q i⁹ ē vā oīs fenix ē: dato
q nō sit aliqd fenix: qz istud verbū ē tāte potētie ē nūc: qz te
erit cras: sed cras faciet illā pōnē eē verā: ergo nūc faciet
illam eē verā. Et cōsequēter dī p eo tpe quo non erit ali
qd fenix subiectū istī⁹ supponet p oī fenice pterita ⁊ poli.
sed nō iā ex quo hz suppositū aliquod i actu nec alia cau
sa assignanda ē: nisi qz ē istius nāe: sic: qz aliqs actus men
talis solū cōsignificet pītiālī ⁊ aliqs solū preteritiue vel
futuritiue ex nā rei. ¶ Ad 3⁹ cōcedo cōsequētiā ⁊ pīis. p Ad 3⁹
batio tñ cōsequētie nō valet: qz negat qz nō aliūde subm
istius: Oīs fenix pī eē supponat p oī fenice poli: nisi quia
istud verbū pōt cōsignificat idifferēter p oī istāti poli: et tñ
nō facit subiectū istius oīs fenix ē: supponere p oī fenice
poli. ¶ Dubitat. videt: qz B vbi ē cōuertat cū quolz alio obiectō
verbo substantiūo ⁊ cū hoc verbo pōt ex quo cōsignificat p
oī istāti pterito ⁊ futuro ⁊ poli: et cōsequenter segt qz fac
supponere subm p oī eo qd fuit: qd erit ⁊ qd pī eē. ¶ Rñ Rñsio
det qz B vbi ē cōsignificat oē illd qd cōsignificat alia vba
nō tamen: cum illis conuertit pp diuersitatē modozū si
gnificādi: vñ ille terminus homo significat qzqd signifi
cat ille termin⁹ hoīs vel hominem et eō nō tamē quertū
tur: qz non segt tu es homo: ergo tu es hoīs: et hoc ideo qz
haberent diuersos modos significandi nā ly homo signifi
cat hominem i recto. ⁊ ly hominis vel ly hominem signi
ficantidem in obliquo ita in propositio illud verbum est
cōsignificat omne illud qd cōsignificat alia verba: et eō
sed nōin conuertuntur: quia illud verbum est cōsignificat.
per modum presentialitatis: illud verbum fuit: per modū
preteritionis ⁊ illud verbum erit per modum futuriti
onis: ⁊ illud verbum potest per modum possibilitatis ad
nerbiālī sumptum. ¶ Ad quartum negatur consequen
tia quia sicut hoc complexū: ista fenix vel ista fenix non
poterit distribui ita nec aliquod complexum disiunctum
terminozū infinitozū singularium. et admittendo qz
posset distribui tale subiectum et fieri vna propositio vni
uersalis non tamen conuerteretur cum ista: omnis fenix ē
quoniam ista est vera: et ista falsa: cum subiectum huius

Secundum

non supponat nisi pro eo quod est: et subiectum alteri⁹ supponeret p existente vel pro nō existente. Item dato q supponeret p eisdē p cise adhuc nō cōuerteret: sicut nec iste conuertuntur. omnis homo est. et quodlibet istorū est demonstratis solum omnibus hominibus pntib⁹ cū pma sit necessaria et secunda contingens.

Tertia pars principalis.

1^o arg^m **Omnis** fenix ē: pono: q aliq fenix icipiat eē p pōnem de pnti: et seqt. q si ois fenix ē: q ois fenix fuit qz sicut i⁹ termin⁹ fenix. vbi de pnti supponit soluz p eo qd ē: ita respectu verbi de pterito vī suppoere solum p eo qd fuit. Ad qd declarādū arguit qdrupl^r: et pmo sic. illud verbū fuit so^m pteritie sig^a: sicut B vbi ē so^m pntia^r psignificat. g q rōne termin⁹ sup^{no} respectu h⁹ verbi ē suppoit p eo qd ē solū: p rōne termin⁹ sup^{no} respectu h⁹ vbi fuit: so⁹: suppoit p eo qd fuit. an⁹ p. nā si B vbi fuit cōsignificat pntia^r et pteriti⁹ seqt i^{am} pnam eē bo^{am}. B ē. g B fuit de⁹ istāti pnti: nā seqt B ē. g B pteriti⁹ qz B verbū pteriti⁹ cōsignificat pntia^r et pōl^r. g si B ver^m fuit psignificat pntia^r et pteriti⁹. et i⁹ pna d3 eē bo⁹. B ē. g hoc fuit: dmrato istāti pnti. Itē seqt q hoc i. a. istāti fuit. g hoc fuit. qz hoc verbū fuit idifferēter psignificat p oī istāti qd fuit. g si eque psignificat p istāti pnti sic p pterito. itē i⁹ psequētia erit bo⁹ hoc est. ergo hoc fuit. **Secundo.** subiectum illius albi fuit non supponit indifferēter pro eo quod est vel fuit albus. ergo antecedens arguitur: et pono: q for. nunc sit albus: et nunquam ante hoc fuerit aliqua albedo: isto posito: hec ē falsa. album fuit hoc sicut ista. hoc fuit album: sed in scda non supponit ly album nisi pro eo quod fuit album. ergo nec in prima. antecedēs probat. nam sequitur album fuit hoc. ergo informatuz albedine fuit hoc: ergo hec albedo fuit. consequens est falsum. ergo et antecedens. tenet cōsequētia. nam sequitur. asimilli albedinem vidisti: ergo albedo fuit: modo ita bene supponit respectu vbi de pterito ly albedo sic ly albedinē et si neget similitudo arguit sic. oē exns fuit B. al^m fuit exns B. g B fuit albi: t3 pna: qz est sillogismus i. 7^o. pme figure cōcludēdo idirecte: sed cōclusio est falsa. ergo aliqua premissarum. non maior. ergo minor. Tercio iste propositiones cōuertuntur: album fuit hoc: et hoc fuit album: sed in secunda non stat ly albus ampliatiue p eo quod ē vel fuit. ergo nec in prima. tenet consequentia cum minori. et maior declaratur primo: quia i omni propositione i qua omnes termini sunt immediate de predicato vno: ma⁹ eadē quātitate ppositionis nō refert pponere et postponere: vt hoc est hō et homo est hoc. hoc est album: et album ē hoc. **Secundo** p3 conuertibilitas illarum per conuersionē simplicem. nec valet dicēdo q ista album fuit B. cōuertat i hāc: B ē vel fuit albus: qz B est vna disiunctiua cum habeat duo verba principalia disiunctiua: modo nulla cathegorica conuertitur per ppo^{am}.

3^o arg^m **Tercio.** quia iste cōuertuntur: albi ē hoc: et hoc est albi. et iterū iste conuertuntur albi pōt eē hoc et hoc pōt eē albi. ergo asimili iste conuertūt albi fuit hoc: et hoc fuit albi.

4^o arg^m **4^o** illud verbū fuit aut cōsignificat pteritiue so^m aut pteritiue et pteritiue simul. si primū: g nullā fac ampliatiue. aut nō ē rō quare plus apte subiecti quā a pte p dicari. Si 2^o. et eque cōsignificat apte p dicari sicut apte subiecti. ergo ampliatur p dicatū sic subiectū: et p psequēs ista eēt vā i casu supiori: hoc fuit albi: sicut ista: albi fuit hoc. qd est falsū: qz nulla albedo fuit. Itē sicut seqt. illud qd ē vel fuit albi: fuit hoc: ergo albi fuit hoc. ita vī sequi: hoc fuit illō qd ē vī fuit albi: g B fuit al⁹: et sicut seqt: aliqd qd est albi fuit hoc. g albi fuit hoc. ita vī sequi: hoc fuit albi: quod qd est albi. ergo hoc fuit album. cū arguit ab iseriōi ad suū sup⁹. seqt. n. aliqd qd ē albi fuit. g albi fuit et nō ē. si g nō ē ampliatio apte p dicari. ergo nō ē apte subiecti. g rē.

In contrarium arguit sic. ista fenix q nūc id pit eē ē: et ipsa ē ois fenix: ergo ois fenix ē: p3 cōsequētia. qz adlibet singulari vīs affirmatiuecum tali medio est bonum argumentum.

Circum materiam facta sit hec pma⁹. Aliq termin⁹ supponit ampliatiue r⁹ huius verbi fuit: et tamen non supponit p eo: qd ē nec p eo qd fuit: nec pro eo qd erit: nec p eo qd pteritiue ē pbatur: nā secunda pars p3 de subiecto illius chymera fuit: et pma⁹ declaro: talr supponit ly chymera qdlyter supponeret si aliqua chymera esset: sed si aliqua chymera eēt supponeret ly chymera ampliatiue respectu huius verbi fuit et c. maior p3 iductiue: qz sicut chymera existente supponeret ly chymera diuisiue vel determinate mālter vel psonalr: ita iā supponit. minor vō declaraf. nam subiectum illius fenix fuit it suppoit ampliatiue sicut in sua vī dicēte Ari. p elencoz. q in illa: laborans sanabitur. supponit ly laborans pro eo quod est vel fuit: et ly fenix non h3 nisi vnum suppositum. ergo asimili si aliqua chymera esset supponeret ly chymera ampliatiue. nec hic sumo notam conditionis vt exprimat consequentiam: sed solum vt dicat suppositione: eo mō q dī si venerl ad me dabo tibi equū. **S3** dubitaf. nā si aliqua chymera esset: ly chymera in dicta ppositione nō suppoeret p oī chymera intelli: et nulla chymera existēte nec pteritiue supponeret ly chymera p oī chymera itelligibili: g non qualitercūqz tūc supponeret nunc supponit. **R**ūdet negādo cōsequētiā: sed solum sequitur q non p qbuscūqz tūc suppoeret pro quibus nunc supponit: vī non variatur suppo quo ad modū supponendi siue sit chymera siue nō sit: s3 bñ quo ad supposita. **Secda** p. Aliq termin⁹ supponit respectu huius verbi fuit in propōne af firmatiua vā: et nō suppoit p eo qd fuit nec p eo qd ē: patet d subo illi⁹ pponis an⁹ xps fuit futur⁹: Sic. n. an⁹ xps iā ē futur⁹ ita eternaliter fuit futur⁹: et q subm nō suppoat p eo qd ē vel fuit p3: qz antechristus non est nec fuit sed bñ supponit pro eo qd erit. Consimilr dicaf de futuro q aliq termin⁹ supponēs respectu hui⁹ verbi ē i pponē affirmatiua vera et nō supponit p eo qd ē: vel erit: sed solū p eo qd fuit vt adā erit pteriti⁹. **Tercia** p. Aliq termini supponit respectu hui⁹ verbi fuit p cise p eo qd fuit qz vn⁹ stat ampliatiue et ali⁹ nō: p3 de subiectis illaz pponuz B fuit B. et hoc albi fuit hoc te de⁹. nullū. n. alioz subiectozū supponit p aliquo alio: qz pro te: et subiectū pme nō stat ampliatiue: qz null⁹ termin⁹ stat ampliatiue nisi sub eo possit fieri re solutio: s3 subiectū se bñ stat ampliatiue: qz dato q tu eēs albi nūc. et nūq an⁹ hoc illa eēt vera: hoc albi fuit hoc: qz B fuit hoc: et hoc ē vel fuit hoc albi: g rē. **Intelligēdū** tñ q l3 pnomē i recto supponēs respectu h⁹ vbi fuit iā fūciat ampliatiue tñ bñ ampliatiue i obliquo rōne alicui⁹ ad diri icludētis tps vt an⁹ hoc tu fuisti dmrando istās pntes: qz nō seqt an⁹ hoc tu fuisti. g hoc fuit: qz an⁹ iā ē verū: et pntes flm. nec seqtur. ante hoc tu fuisti: g hoc ē: qz imediate post instās pntes erit an⁹ verū et pntes flm. sed qz bñ seqt ante hoc tu fuisti g hoc ē vel fuit: iō ampliatiue pnoim: et hāc ampliatiue recipit auerbo mediāte ppositiōe icludēte tps. Consimilr dicaf itermis cōiter supponētib⁹: qm i ista hō fuit. suppoit ly hō ampliatiue sic in sua vī: sed subm illi⁹ aliqd pteritiū fuit. nō suppoit ampliatiue ly pteritiū p modū pteritionis quem includit. frustra enim dicitur id quod ē vel fuit pteritum: qz oē qd est pteritiū fuit pteritiū in vniuersali: etiā vt omne pteritum fuit non supponit ampliatiue ly pteritum pro aliquo quod est et non fuit: sicut subiectum istius omnis homo est: aut omne instans ē respectu tamen hui⁹ verbi qd non icludat tempus pteritum bene stat ampliatiue vt pteritum erit. Consimiliter dico de isto termino futurum q non stat ampliatiue respectu verbi futu

